

rote ignee. circa thronū igne? flu-
uius egrediebatur et milia milium
ministrabant ei. et deciescentena
milia assistebant ei. **I**st avisio in
nocte significat statū iudiciū
post diem huius vite. **V**enit nōr i
qua nemo pōt opari: sed iudican-
tur sū opera. **I**te vidit in nocte
Et ad thronū iudiciale qui ime-
diate pōit in iudiciū oculi aīa addu-
ciē. antiquus dierū sedit. et pps et
flamma ignis erat eius thronus
et iudicabit pōrēz ad ignē eter-
nū. rote iuxta thronū ut traherēt
pōrēz ad eternum suppliciu. flu-
uius igneus et sūa damnacōis
Milia milium et multitudo angelo-
rum ministrabant ei. et decies cē-
tena milia assistebant ei. et multi-
tudo electorū assistunt ei. **E**t gla-
dij ancipites in manibus eorū ad
faciendā vīdiciā in peccatorib?
in nocte pōrūz ambulantibus
Tunc oīs labor quem fecerunt in
pōtō mortali nichil pdest. Ergo q
ad thema. **T**ota nocte laboravi
et nichil cepim?

Dñica sexta.

Sermo. xlvij.

Nisi abundauerit iusticia
vestra plus q scribarū et
phariseorū nō intrabitis
in regnū celorū. **M**at. ix. **N**ota q
deus dedit tria bona nobilia hōi-
bus. s. corpus. animā. et res tpa-
les. **A**nima tantum ē nobile donū
q ad imaginem dei est creata. et
p in gene. **F**aciamus hōiem ad

imaginē nrām. **V**nde ait iudith
Magnificata ē anima mea p om-
nib? creaturis. **S**ecundū nobile
donum ē corpus cum suis alimen-
tis. **V**nde poeta. **H**omo ē dignissi-
ma creaturā oīm creaturaz q ex-
cellit oīa animalia volatilia et rep-
tilia. **T**ercium donum tpale sunt
diuicie. aux et argentū. et possessi-
ones. **E**t hec tria dedit deus hōi ut
inde seruiat suo creatori. **D**edit cor-
pus ut non offendat proximum
Vnde phibens eū ait. **N**ec fur tu;
facies. non occides. nō mechabe-
ris. **D**edit aīam. ut non hēat inui-
diā in corde. vel iram maledicēdo
male cogitando. **S**i ipsū deū laudā-
do et amando et primum ppter deū
diligendo. **D**edit ei res tpales: ut
primo offerat de illis reb? **E**t hec
tria oñduntur in hoc euangelio.
Irit ihs. d. s. **A**men dico vobis
Nisi abundauerit iusticia vrā pl?
q scribarū et phariseorū nō intra-
bitis in regnū celorū. **A**udistis q
dictū ē antiquis et in antiqua le-
ge. **N**on occides. **Q**ui aut occidit
reus erit iudicio mortis. **S**ed ego
dico vobis. **O**īs qui irasciē fratri
suo ita q in ira maledicit eum re-
us erit iudicio mortis eterne. **Q**ui
autem dixerit fratri suo et primo
racha quod ē verbum indignan-
tis. et motum inuidie cordis ostē-
dens maledicēdo: reus erit consi-
lio. **Q**ui autem dixerit fratri suo
fatue ex inuidia et ira ipsūz male-
dicendo: reus erit gehenne ignis

id est eterne pene **S**i ergo offers munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris quod primum tu habes aliquid aduersum te ita quod tu habes inuidiam in corde tuo relinque ibi munus tuum ante altare et uade primum reconciliari fratri tuo. et tunc uenies offers munus tuum. quod oblatio quae fit cum inuidia cordis non est deo accepta sicut oblatio cayn quae fuit inuidiosa: et ideo fuit maledictus. **E**t sic patet euangelium. Ergo quo ad thema Nisi abundauerit iusticia uestra plus quam scribamus a phariseorum non intrabitis in regnum celorum. Ex his notandum quod quatuor genera hominum non intrabunt in regnum celorum. Primi sunt iusticiae rectes. Secundi sunt iniuste iudicantes. Tercii sunt inuidia retinentes. Quartii sunt iniuste auferentes. Primo dico quod omnes qui vendunt iusticiam non intrabunt in regnum celorum. Ideo monet nos dominus dicens luc. Attendite ne iusticiam uestram faciatis coram hominibus. Alioquin non habebitis mercedem apud deum in celis. Hoc fecerunt pharisei quia omnia bona opera fecerunt hominibus intuituenda. Isti faciunt sicut homo uinea in flore uendens et cum uenerit hyems non habet aliquid ad bibendum. Iste facit sicut homo qui uendit agrum cum seminat et cum uenit messis non habet quod in horreum ponat. Et sic hypocrite omnem mercedem iuste retributionis amittunt: ideo regnum dei non intrabunt.

Quamuis legimus figuram in libro secundo macha. vi. capitulo. Venit antiochus rex malus pugnare contra iudam machabeum principem iusticie. Et ille antiochus sedebat in magno elephante. Quod uidens iudas machabeus promisit magnam mercedem cuidam militi nomine eleazar qui uadens ad prelium. et uidebat magnam laudem hominum habere pugnauit contra antiochum et elephantem uicit. Et habuit se incaute quia elephas cecidit super eum et occidit eum. et sic mercedem sibi promissam propter uanam gloriam amisit. et cum machabeo castrum non intrauit. Ita moraliter per antiochum notatur dyabolus qui sedet in elephante et superbia. Unde per superbia eorum qui te oderunt ascendit semper et uult contra iustum hominem bellare. Sed eleazar et uana gloria uolens omnem mundum acquirere. Sicut pharisei pugnant incaute opibus uanis prae. quod faciunt hominibus intuituenda. sic occidunt elephantem et dyabolum. Et occiduntur in anima. et ideo perdunt mercedem et ciuitatem quam iusti intrant qui iusticiam suam ad honorem dei faciunt. Unde dicit hugo de sancto victore. Sub hoste inquit moritur et mercedem promissam perdit. qui de uirtutibus gloriatur quas fecit. Ergo ad thema Nisi abundauerit iusticia uestra et. Secundi qui non intrabunt in regnum celorum sunt iniuste iudicantes. Et hoc ideo. quia iuste per

Pro

eternus est iustus: et rectus est iudici-
um eius. **Dicit propheta in ps.**
Sed heu iudices huius mundi sicut
sicut iudices quos constituit saul
rex: de quibus dicitur. **Receperunt**
munera et peruerterunt iudicia.
primo regum. **Ps.** **Dextra** eorum
repleta est muneribus. **Et** ideo romani
depingebant iudicem in hunc mo-
dum. **Sed** erat in throno. et erecta
facie in celum. et ymago erat ceca ca-
rens utroque oculo. et utraque manu.
et ratio erat hec. **In** throno depin-
gebant in signum quod districtus iudex se-
dens in iudicio debet habere intentionem
ille iudex ad illum iudicem uiuorum et
mortuorum supernum qui est super
eos. **Et** sicut ipse iudicat. sic iudica-
bit ab eo. **Ut**roque oculo cecus. in si-
gnum quod deus oculos non debet dili-
gere fauore diuitum vel amicorum
ut illis magis inclinetur quam pau-
peribus. **Sinister** autem oculus non ha-
buit. in signum quod non debet inui-
diose iudicare ut illi male iudicet
cui non est bonus. in illo loco sem-
per debet iusticia predicare. **Item**
debet carere dextra manu. itaque non
sit nimis auarus. et non accipiat
munera et peruertat iudicia. **Item**
non habuit sinistram manum. in
signum quod non sit nimis mitis.
Ita quod homines super hec non fa-
ciant mala dicentes. **Iudex** est val-
de misericors. me non punit. **Sed**
heu ista ymago non est depicta.
ut eius significatio in terra nostra
Sed iudicium dextra plena est mu-

neribus. gloria et diuitiis in sin-
istris. **Ergo** non intrabunt nec se-
debunt cum altissimo iudice. et sic per
secundum. **Tercij** qui non intrant
in regnum celorum sunt iniuste per-
sequentes. et inuidiam retinentes.
in ira proximum maledicentes.
Vnde dicit dominus de iusto qui
iniuste persequitur. **Qui** maledixe-
rit tibi: sit ille maledictus. **Non** inui-
diosus homo est velut coluber ser-
pens. **ut** dicit salomon. **Novissimus**
autem viri inuidiosi mordebunt
ut coluber. **Coluber** est serpens a
colore dictus. et fugit lucem. et co-
lit umbram. **Item** inuidiosus mul-
tos colores considerat in proximo quem
odit. **Non** videt colorem albi. et pro-
speritatem dolet in corde. **Si** videt
aduersitatem turpalem gaudet.
colit umbram nugarum. fugit
lucem veritatis. **Et** ideo premonet
nobis salomon proverbia. **dicens.**
Quasi a facie colubri fu-
ge peccatum. **Inuidiosus** homo assimi-
latur dan filio patriarche iacob
boni dicit filijs suis tamen et futura pre-
dixit **Gene. xlii.** **Dedit** omnibus bonis donis
et bona eis prophetavit. **Cum** insperit
dan considerans quod esset inuidiosus homo
dixit **Filiis meis** dan quasi colub mor-
dens in semitis ungulas equi. ut ca-
dat equus et sessor ei. **Idem** ipse non in-
trabit in terram promissionis ut acci-
pet sortem cum filijs israel. **Ita** spua-
liter per dan nota homines inuidiosum. qui
est sic coluber in via petentis vite qui cu-
pit morde per infamiam ungulas equi

gressus bonorum operum proximi.
Cadat sessor et homo huiusmodi
famam. **E**t enim accidit sepe quod colu
ber serpens volens mordere calcatur
et occiditur a transeuntibus. **I**ta acci
dit sepe quod homo bonus et iustus
detractiones lingue dolose non ti
met; sed calcatur eius manes in bono po
sitis. **E**t ideo talis mundio huiusmodi
intrabit cum iustis in regnum celorum.
Ergo quo ad thema **N**isi iusticia
vestra. **Q**uarto qui non intra
bunt in regnum celorum sunt iniuste
offerentes. **N**am qui vult iuste deo
offerre ut deus accipiat oblationem
ut patet in euangelio. debet tria
considerare. **P**rimo cui offeras. nam
multi sunt qui deo non offerunt; sed
diis alienis. **V**nde erant offerentes
iniusta sacrificia. **S**ed illi qui offerunt
diis alienis non intrabunt in regnum
celorum. **N**am multi sunt qui offerunt
deo luxurie quicquid dant mulie
ribus propter luxuriam offerunt cum sa
lomone ydolo. **D**e quo legitur in
regum. **Q**uod cor salomonis deprava
tum fuit quo ad luxuriam quod obtu
lit ydolo moabitum et eiecit est de
regno. **A**liqui offerunt vetrici. et illi
sunt gulosi. de quibus apostolus. **Q**uo
rum deus vetricis est. **E**t super hijs indig
nabitur deus; ideo non intrabunt in
regnum celorum. **I**tem secundo conside
rare des quid offeras. **N**am si multum
habetis et divites es multum des offer
re pauperibus. sicut dixit **tobias**
semo. **S**i multum tibi fuerit tunc me
tum offer filii mei. et honora deum de

tua substantia. **E**t si modicum habes
modicum offer in devotione cordis
sicut illa mulier quae pauper erat. et
obtulit deo puerum munera in templo
cum devotione cordis. et erat dominus di
cens. **N**ec mulier plus omnibus fecit.
Nam aliqui divites obtulerunt flore
nos et hoc fecerunt pompose. et ideo
vide quantum offeras. **T**ercio debet
considerare ut sit iuste acquisitum
Nam aliqui offerunt vilissimum dena
rium deo sicut caput. **I**te aliqui offerunt
deo quod a pauperibus receperunt illud non
est deo acceptum; sed de proprio labore.
Vnde legitur in figura primo regum. **S**a
muel dixit ad saul regem ut interfice
ret omnes pessimos 30 domitus iuxta
terram filiorum israel habitantes et non
parceret iumentis nec hominibus. eo quod
offendebant deum. **S**ed saul percipit di
vites et iumenta plurima pingua re
tinuit. **T**unc ait samuel. **Q**uare pe
percisti illis. **R**espondit ut offeram deo
Et hec fuerit de rapina. **T**unc respondit
samuel. **P**lus est obedientia quam vic
tima et oblatio pecorum. **I**ta spiritualiter
multi sunt qui rapiunt a pauperibus
per usuram et rapinam et latrocinium
et de illis offerunt deo. **M**elius esset
quod observarent obedientiam quam de
prohibuit usuram et rapinam. et obe
dirent deo in preceptis eius quam ta
lem obedientiam facerent. **E**t pro
pterea saul fuit eiectus de regno.
Ita isti qui iniuste offerunt diis
id est peccatis. **E**rgo quo ad the
ma **N**isi iusticia vestra.